Differentie excerpte ex laurētio valla. Nonio marcello et Seruio honorato ab Antonio Nebriſſenſi.

De littera. A.

ABſtinētia eſt a rebus alienis cohibitio
Cōtinētia eſt tm̄ a ꝓprijs voluptatibꝰ.
Abdico filiū.i. viuēs a bonis expello.
Exheredo filiū.i. teſtō a bonis ꝓhibeo.
Acus ē qua ſarcinatores veſtes ſarciūt
Acicula vero que mulieres vtuntur ad ornatum.
Abhorreo ab omni humanitate.i. alienus ſum.
Exhorreo inimicos.i. illos pertimeſco.
Acceſſus eſt additio ſiue appropinquatio.
Acceſſio eſt adiectio ſiue crementum.
Actio cauſarum recte dicitur ⁊ non actus.
Actus comediarum recte dicitur ⁊ non actio.
Acta ⁊ actus ſunt rerum priuatarum ⁊ familiarium.
Geſta ſunt rerum publicarum ⁊ magiſtratuum.
Actor eſt cauſidicus ⁊ alicuius rei repreſentator.
Auctor eſt vt ita loquar alicuius rei factor.
Acini ſunt grana in vnum racemum coeuntia.
Bacce vero cum ſint parua poma diſperſius naſcūẗ
Aceruus eſt minutarum rerum congeries. vt ſalis.
Strues eſt ꝓprie lignorum cōpoſitorum.
Strages eſt cadauerum iacentium multitudo.
Sarcina eſt vtenſilium: que ad cultum pertinent.
Accola eſt qui iuxta locum habitat. vt accola ponti.
Incola eſt qui in loco habitat. vt incola montis.
Inquillinus eſt qui ī aliena domo vel agro habitat.
Accuſare eſt oſtendere aliquem peccauiſſe.
Incuſare vero eſt mores alicuius reprehendere.
Excuſare excuſationem accuſanti facere.
Adeo pro in tantum ſequenti particula. vt
Adeo pro valde non ſequenti particula. vt
Aduocatus eſt: alteri qui adeſt vt cunqȝ illi faueat.
Patronus eſt: qui agit cauſam maxime accuſati.
Cliens vero eſt: cuius cauſa a patrono defenditur.
Adorare fit etiam ſine verbis cū genuum plicatione
Supplicare fit ſine genuum plicatione ſola voce.
Addiſcere eſt in auctione aliqd vendere.
Liceri ⁊ licitari eſt preciū in auctione facere.
Adſum: id eſt preſens vel ꝓpe ſum.
Adſum tibi.i. ſtudeo ⁊ patrocinor tibi.
Aduerſor tibi: id eſt contrarius tibi ſum.
Auerſor te: id eſt vultum auerto a te quē deteſtor.
Auerto oculos: id eſt aliquo oculos conuerto.
Auerte oculos: id eſt alicunde oculos cōuerto.
Admoueo manum vulneri: id eſt appono ⁊ applico.
Amoueo manum a vulnere: id eſt remoueo.
Ad votum mihi euenit: id eſt vt ego optabam.
Ex ſententia mihi euenit: id eſt vt ego intelligebam.
Adulterum eſt: quod innuptam committitur.
Stuprum eſt coitus contra legem violentus.
Aedes in ſingulari ⁊ plurali eſt tēplū ⁊ ſꝑ addiẗ cuius
Aedes in plurali domū prophanā ſignificat.
Aeſtimare eſt taxare: quod dicunt appreciare.
Extimare eſt conſiderare. Exiſtimare iudicare.
Aequalis eſt equus ⁊ etaneus.
Aequalis eſt equalis in priori ſignificatione.
Aedilis qui edilitatem adminiſtrat.
Aedilitius vero: qui edilitate perfunctus eſt.
Affectus eſt ſiue affectio in animo: qđ mēs non eſt.
Mens vero ſiue ratio in animo eſt: qđ affectꝰ nō eſt
Afficio te iniuria. id eſt facio tibi iniuriam.
Afficio te beneficio. id eſt facio tibi beneficium.
Agitur mecum preclare: id eſt bona conditione ſum.
Agitur mecum male: id eſt malo ſtatu ſum.
Actum eſt: ſemper in malam partem accipitur.
Agere gratias eſt verbis gratitudinem oſtendere.
Habere gratiam vel gratias: eſt in animo.
Referre gratiam: eſt re ipſa beneficium diſſoluere.
Aguntur animalia a ſeſſoribus ⁊ inſtigatoribus.
Ducuntur illa que ſponte ducem ſequuntur.
Trahuntur que per vim ⁊ raptando portantur.
Portare eſt ferre ⁊ ſuo corpore baiulare.
Vehi eſt equo. naui. curru. ⁊ ſimilibus.
Agere preter alias ſignificatōes eſt rerū īmanentiū.
Facere eſt rerum in materiam exteriorē exeuntium.
Age aduerbiū cum ſingulari iungitur.
Agite cū plurali. Agendum cū ſingulari ⁊ plurali.
Ager modo eſt territorium vrbi circumiectum.
Ager etiam eſt locus quem ruri colimus.
Aruum eſt: quod frumento ſeritur ab arādo.
Fundus eſt agri pars. vt vinea. oliuetum. pratum.
Predium eſt poſſeſſio ruſtica ſiue vrbana.
Campus eſt planicies terre ampla ⁊ grandis.
Area eſt planicies anguſtior in agro vel vrbe.
Aliquantiſper: ⁊ pauliſper ad breue tēpus ꝑtinet.
Tantiſper pro intantū poſtulat adiungi. dū ꝓ donec
Alter de duobus dicitur: aut de ſecūdo loco.
Alius de pluribus dicitur ⁊ quandoqȝ ꝓ diuerſis.
Albani ex oppido. alba in latino dicuntur.
Albanenſes ex oppido: alba ad fuſcinū lacum.
Alumnus non qui alit: ſed tantum qui alitur.
Ambitio in animo eſt eius: qui cupit honores.
Ambitus in actu eius: qui pecunijs honorē habuit.
Amor ad omnes res pertinet: vt amor vini ⁊ vxoris.
Charitas ad homines tantum pertinet.
Charitas eſt penuria: quā indocti chariſtiam dicunt.
Amare eſt cum affectu ⁊ vehementiſſime.
Diligere eſt cum ratione ⁊ remiſſius.
Adamare eſt amatorie aliquid amare.
Amicus honeſta res eſt vnde eſt amica.
Amica ſi ad virum referatur: inhoneſta res eſt.
Amator: qui modo amatorio amat.
An. particula coniunctio eſt per quam interrogamꝰ
Aut coniunctio quoqȝ eſt: ſed per eā nō interrogamꝰ

177

http://digital.slub-dresden.de/ppn339575883/359